

5502.

1355 september 7.

Villeneuve.

Innocentius 6 giver dispens åt Paulus Laurentii, ständig kaplan vid Uppsala domkyrka, att trots oäkta börd få förena sin kaplansyssla med två kyrkliga beneficiier och återoppar därvid drottning Blankas supplik härom för hans räkning (se SD 5501).

Vatik. ark. Reg. Auin. 130, f. 505 r (f. 492 r: De indultis priuilegiis anni tercii domini Innocentii pape sexti. Quaternus III). — Reg. Vat. 229, f. 221 r, op. XIII^oLXIII.

≡
x¹⁾

Dilecto filio Paulo Laurentii, perpetuo capellano in ecclesia Vpsalensi, salutem etc. Apostolice sedis cunctis prompta benignitas attente discutiens probitatis et²⁾ merita singulorum erga personas Deo et eidem sedi deuotas, probitatis et virtutum titulis insignitas ac sublimium personarum intercessione adiutas, interdum mansuetudine mitigando rigorem concedit eisdem, quod alias canonum censura interdicat. Exhibita siquidem nobis nuper³⁻⁾ pro parte tua petitionis series³⁾ continebat, quod dudum tecum super defectu natalium, quem pateris de presbytero genitus et soluta, vt eo non obstante ad omnes ordines promoueri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura licite obtinere valeres, fuit auctoritate apostolica dispensatum, quodque tu post dispensacionem huiusmodi ad omnes ordines te fecisti promoueri ac⁴⁾ quandam capellaniam, quam obtines in ecclesia Vpsalensi, cuius fructus, redditus et prouentus viginti quinque florenorum auri valorem annum, vt asseritur, non excedunt⁵⁾, fuisti canonicè assecutus. Cum autem, sicut accepimus, tu defectum huiusmodi studiis virtutum sic abstergere satagas et supplere, quod te pocioris sedis eiusdem gracia dignum reddis, nos sperantes, quod crescentibus in te nostris ac sedis eiusdem gracia crescent merita et virtutes ac volentes huiusmodi meritorum intuitu necnon consideracione carissime in Christo filie nostre⁶⁾ Blanche, Suecie et Norwegie regine illustris, pro te, dilecto capellano suo, nobis super hoc humiliter supplicantis fauore prosequi gracia amplioris, huiusmodi regine ac tuis supplicacionibus inclinati tecum, vt duo alia beneficia ecclesiastica, eciam si canonicatus et prebende et eciam si in ecclesiis cathedralibus existant et curam habeant animarum, si tibi canonicè conferantur, libere recipere ac vna cum dicta capellania licite retinere possis defectu predicto ac constitucionibus apostolicis quibuscumque ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum ipsarum, in quibus forsàn huiusmodi beneficia extiterint, contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate predicta de vberioris dono gracia dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. Datum apud Villanouam Auinionensis diocesis VII idus septembris anno tercio.

1) Ej i Vat. 2) Överhoppat(?): virtutum. 3-3) Vat.: tue petitionis series. 4) Vat.: et. 5) Vat.: excedant.

5503.

1355 september 16.

Avignon.

Innocentius 6 tillskriver konung Valdemar av Danmark, att han välvilligt mottagit såväl konungens brev som hans sändebud, riddaren Petrus Laurentii, vilken övverräckt detta brev och därvid hållit ett klokt och välbetänkt anförande samt å konungens vägnar framställt frågan, om påven ämnade i hans rike utkräva det tvåårstionde av kyrkliga inkomster, som Clemens 6 pålagt för romerska kyrkans trängande